Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31245
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



placuit summo regi pro salute generis humani filio suo sponsam maritare. Hec est ecclesia quam ab abel incepit. Pulchra ut luna electa ut sol. terribilis ut castrorum acies ordinata. Et nunc dicit sponsa quomodo gloriose fuit habitata casto amore christo sociata. prole iustorum ac christo fecundata. cui uenit sic acinus turturis. et uallat lilius. quam turtur dilexit. et lilius castorum mirum ut iustorum uallat. Pulchre es gene eius sicut turturis. collum eius sicut monilia. Hii sunt predicatores qui quod uoce sonant. opere carius adimplent. Monilia aureola unicolorata argento. id est institutionem quam ad morum ualent in formationem que diuini eloquii nitore contingit. Et quam sponsus suus uenire tardauit. sponsam suam tradidit patriarchis. Vnde Jacob consolans eum ait. Non auferet sceptrum de iuda et dux de femore eius donec ueniat qui mittendus est. scilicet sponsus suus. Ve inde tradidit eam prophetis. Vnde moyses laudem sponsi canens ait. Propheram uobis suscitabit dominus de fratribus uestris. quem audietis sicut me. Cecinit et ysaias. Ecce ego concipiet et pariet filium suum. Cecinit dauid. Speciosus forma prae filiis hominum. Cum multi multa tamque uigiles de nocte concinuerint de eo. qua non uenit sponsus sponsa frequenter in nocte usque pusillanis tedio affecta et quodque. quam ut dicit in ecclesiastico. Spes que differtur auferit. Hec mirum quam cum sponsa a predictis per puteos et latrones periculose duceretur multos de suis comitibus amisit. Diabolus. Hi sagitta superbie crudelitatis et multitudine plerosque crudeliter uulnerauit. mundus sagitta auaritie. uane gloriae alios inficit. Caro lanceis gulositatis et luxurie. suauitatis et pigritie multos primit. Omnes ad inferos descendit. ut dicit in libro sapiencie. Vna carbona tenebrarum omnes erant collligati. Idcirco sponsa quidque obdormiens per pectationem semper languens suspirando ait. Quando ueniet sponsus? quando ueniet sponsus desiderat gentibus? quando illucescet dies? Et iterum dormientibus predictis nunciis. iohes baptista assumens cornu salutis tubicinauit die dicens. Sponsa ecce iudeo die. tubicinauit quam ait. Medius uestrum stetit quem uos nesciis. Ipse est qui post me ueniens est et c. Et ad cecinit. quam digito demonstrauit. dicens de filio regis. hic est qui baptizat in spiritu s. Quod audiens sponsa ecce uolens amplius certificari ait. Vbi est ille? Respondit iohes. Ecce agnus dei. et c. Hiis tumultibus auditis sponsa letatur amico sponsi. sponso suo applicuit. Hoc contigit quam duo discipuli audierunt iohem talia dicentem secuti sunt eum. Ita quod nonnulli tumultus portat de rege solet ab amicis regis remunerari. Sic sponsus ipse dedit munus beato iohi. quia apostolis et prophetis minime concessit. hoc est quod natiuitatem eius uniuersaliter celebrant. Et sponsi nuntius hoc affirmans ait. Et multi in natiuitate